

ISTITUTO NAZIONALE DI STUDI SUL RINASCIMENTO

MARSILIO FICINO
LETTERE

I

Epistolarum familiarium liber I

A CURA DI
SEBASTIANO GENTILE



FIRENZE
LEO S. OLSCHKI EDITORE
MCMXC

DE DIVINO FURORE

Marsilius Ficinus Peregrino Allio s. d.

Tertio Kalendas Decembres Ficinus medicus, pater meus, duas epistolas tuo nomine ad me Fighinium attulit, alteram quidem so-
 5 luta oratione scriptam, versibus alteram, quibus profecto legendis effectum est ut nostris temporibus admodum gratuler, quod eum adolescentem protulerint, cuius fama et gloria illustrari possint. Equidem, Peregrine mi suavissime, cum etatem tuam pariter et ea que
 abs te quotidie proficiscuntur considero, non solum tantis amici bo-
 10 nis gaudeo, verum etiam vehementer admiror. Atque haud scio,
 ut recentiores istos omittam, quisnam e priscis illis, quorum memoriā veneramur, tantum in ea qua tu nunc es etate profecerit. Id

3-5 cf. Kristeller, *Supplementum*, II, pp. 205-209

[Am. 1 Gl. Laur. 1 Laur. 2 Laur. 7 Pl. Ricc. 1 Ricc. 2 Ricc. 3 Ricc. 4 Serl. 1, quo-
 rum consensus = ω]

1 tit. om. ω praeter Laur. 1 Ricc. 1 Ricc. 3, Marsilius ante tit. (in charta praec. exh. se-
 quitur eiusdem de divino furore) add. Laur. 1, sequitur eiusdem de divino furore (in
 charta praec.) Gl. iuxta Platonis sententiam post furore add. Ricc. 3 2 Marsilius-
 s.d.: Peregrino Allio salutem Marsilius Ficinus dicit Laur. 7 Ficinus ex Fecinus
 Serl. 1, Fecinus Pl. Ricc. 2 Ricc. 3 Ricc. 4 s.d. Am. 1 Gl. Laur. 1 (salutem d.) Laur.
 2 Pl. Ricc. 1 Ricc. 2 Ricc. 4 v, s. Ricc. 3 G1 L1, om. cett. de divino furore post.
 s.d. add. Ricc. 1 3 Decembres ut vid. ex Decembris Serl. 1, Decembris Pl. Ricc.
 3 G1 L3 N1, Decembras (-a- in ras.) V Ficinus ex Fecinus Serl. 1, Fecinus Pl.
 Ricc. 2 Ricc. 3 Ricc. 4 medicus om. ω meus om. ω duas ex binas L2 L4*
 N1*, binas ω (praeter Laur. 7 Ricc. 3) L3 V 4 litteras Ricc. 1 Fighinium ex
 Fighinum L4, Fighinum ω B G1 L2 L3 N1 R, Feghinum N2 attulit: detulit ω
 alteram ex unam L4* N1*, unam ω (unas Ricc. 1) L3 V soluta: prosa ω (praeter
 Ricc. 1) 7 deinceps post cuius add. ω 9 abs ex a N1*, a V 11 istos om. Laur. 2

vero non arti modo ac studio, sed, et multo magis, divino illi
 furori, sine quo quenquam magnum unquam fuisse virum Democritus
 15 ac Plato negant, ascribo; quo te afflari, ut ita dixerim, ac penitus
 corripi, concitatores quidam motus affectusque ardentissimi, quos
 scripta tua exprimunt, argumento esse possunt. Atque hanc ipsam,
 que externis motibus fit, concitationem, potissimum philosophi veteres
 20 argumentum esse voluerunt, vim quandam in animis nostris esse
 divinam.

Sed quoniam a nobis de furore mentio facta est, ea de re Platonis
 nostri sententiam paucis et ea brevitate quam epistola exigit referam,
 ut quid furor sit, quot in partes deducatur et quis cuique furori deus
 presit facile intelligas. Quod quidem tum voluptati tum etiam utili-
 25 tati maxime tibi fore confido.

Censem igitur ille animum nostrum priusquam in corpore laberetur –
 ut etiam Pythagoras, Empedocles atque Heraclitus antea disputave-
 rant – in celestibus sedibus extitisse, ubi veritatis contemplatione, ut
 Socrates in *Phedro* inquit, nutriebatur atque gaudebat; cumque ii quos
 30 paulo ante memoravi philosophi, Deum summum fontem quendam
 ac lumen – in quo rerum omnium exemplaria, quas ideas nominant,
 elucescant – esse a Mercurio Trismegisto Egyptiorum omnium sa-
 pientissimo didicissent, necessarium fore putabant animum eternam
 Dei mentem assidue contemplantem, rerum quoque omnium naturas
 35 clarius intueri. Videbat igitur animus – inquit Plato – ipsam iustitiam,
 videbat sapientiam, videbat harmoniam et quandam divine nature

13-15 Democr. (frg. 68 B 17 Diels-Kranz) et Plat. (*Phaedr.* 245a; *Ion.* 533e-534d)
 apud Cic. *Div.* 1, 80; *De orat.* 2,194 26 sqq. cf. Plat. *Phaedr.* 246d sqq. 27 cf.
 Aen. Gaz. *Thphr.*, p. 471 Boissonade (transl. A. Traversarii) 28-29 Plat. *Phaedr.*
 247d (ex transl. L. Bruni; cf. e.g. Laur. LXXVI 43, c. 47r) 30-33 Corp. Herm.
Ascl. 34 (= II, pp. 344 sq. Nock-Festugière) 35-37 Plat. *Phaedr.* 247d; 250c
 (ex transl. L. Bruni; cf. e.g. Laur. LXXVI 43, cc. 47r, 49r)

13 illi *ex illo N1*, *illo L3* 17 tua scripta *Pl. Ricc.* 2 *Ricc.* 3 21 paucis *post ea de*
re del. Ricc. 1 22 paucis *om. Ricc.* 2 *Ricc.* 3 et *om. Ricc.* 3 27 disputaverant
ex disputaverunt Laur. 7* *Pl.★ (ut vid.)*, disputaverunt *Am.* 1 *Gl. Laur.* 1 *Laur.* 2 29
cum Serl. 1 31 lumen *ex speculum Laur.* 7*, *speculum ω* 32 esse *om. Ricc.* 2
Ricc. 3 34 assidue *ex assiduo N1**, assiduo *ω L3 L4 V* 36 et *ex atque ineffa-*
bilem Laur. 7*, *atque ineffabilem ω nature divine L3*

mirabilem pulchritudinem; atque has omnes tum ideas, tum divinas essentias, tum primas naturas, que in eterna Dei mente sint, nominat, quarum perfecta quadam cognitione hominum mentes, quandiu 40 illic degunt, feliciter nutriantur. Cum vero ob terrenarum rerum cogitationem appetitionemque animi ad corpora deprimuntur, tunc qui prius ambrosia ac nectare, id est Dei cognitione perfectoque gaudio, nutriebantur, continuo in ipsa descensione flumen Letheum, id est oblivionem divinorum, haurire dicuntur; nec prius ad superos, 45 unde terrene cogitationis pondere deciderant, revolare, quam divinas illas quarum oblivionem suscepserant naturas recogitare ceperint. Id autem duabus virtutibus, ea videlicet que ad mores, ea insuper que ad contemplationem pertinet, assequi nos philosophus ille di- 50 vinus existimat, quarum alteram communi vocabulo iustitiam, al- teram vero sapientiam nominat. Quapropter geminis – inquit – alis (has mea quidem sententia virtutes intelligens) animos ad superos evolare, easque duabus similiter philosophie partibus, activa scilicet et contemplativa, consequi nos in *Phedone* Socrates disserit; unde ipse idem in *Phedro*: «sola» – inquit – «philosophi mens recuperat 55 alas»; in hac autem ipsa alarum recuperatione abstrahi a corpore illarum vi animum Deoque plenum ad superos trahi ac vehementer anniti.

Quam quidem abstractionem ac nixum Plato divinum furem nuncupat, eumque quatuor in partes distribuit. Neque enim divino- 60 rum putat unquam homines reminisci, nisi quibusdam eorum quasi

42 cf. Plat. *Phaedr.* 247e 43-44 cf. Macr. *Sonn.* 1, 12, 9. 11-12 48-50 Plat. *Phaedr.* 247d; 250b 50-52 Plat. *Phaedr.* 248e-249e 52-53 Plat. *Phaed.* 66b-67b; 82c-d; 84a; 108c; 114c-115a 54-55 Plat. *Phaedr.* 249c (ex transl. L. Bruni; cf. e.g. Laur. LXXVI 43, c. 48v)

37 mirabilem *ex in intelligibilem* Laur. 7*, et intelligibilem *ω* (et invisibilem Ricc. 3)
 38 sunt Gl. Laur. 1 Ricc. 1 40 nutrientur *ut vid.* *ex nutrituntur N2*, nutrituntur *L3*
 41 deprimuntur Laur. 2 tum *W* 47 ea (alt.): eaque *ω praeter Laur.* 7 49
 alteram (*pr.*) *ex unam L4** *N1**, unam *ω L3 V* vocabulo communi *L3* 50
 vero *int. lin.* *N1** *V* 52 revolare *ex evolare N1* 53 disserit *ex dixerit Ricc.* 4*
W, dixerit Am. 1 Gl. Laur. 1 Laur. 2 *L1*, *ex dixerat ut vid.* *N1**, dixerat Laur. 7 *L3*
L4 V 55 ipsa *om. Pl. Ricc. 2 Ricc. 3* 59 in quatuor Ricc. 1 60 hominem *Pl.*
Ricc. 2 Ricc. 3

umbris atque imaginibus, que corporis percipiuntur sensibus, excitentur. Itaque Paulus ac Dionysius, Christianorum theologorum sapientissimi, invisibilia Dei, asserunt, per ea que facta sunt queque hic cernuntur intelligi. Divine vero sapientie imaginem esse Plato vult hominum 65 sapientiam; divine harmonie imaginem, hanc ipsam quam vocibus instrumentisque musicis fingimus harmoniam; divine autem pulchritudinis eam, que ex partium membrorumque corporis aptissima compositione conficitur, convenientiam venustatemque, imaginem esse censem. Cum vero sapientia nullis aut certe perpaucis hominibus ad- 70 sit, nec ullis corporis sensibus comprehendatur, efficitur ut divine sapientie similitudines apud nos perpauce sint, et he quidem sensibus nostris occulte ac prorsus ignote. Quapropter Socrates in *Phedro* simulacrum inquit sapientie oculis cerni nullo modo posse, quod si cernatur mirabiles amores divine illius, cuius id simulacrum est, peni- 75 tus excitaturum. At vero pulchritudinis divine similitudinem oculis cernimus, harmonie vero imaginem auribus annotamus, quos Plato sensus omnium, qui per corpus fiant, perspicacissimos arbitratur. Quo fit ut iis que corporibus insunt quibusdam quasi simulacris in animum per sensus corporis haustis reminiscamur quodammodo rerum earum 80 quas extra corporis carcerem constituti antea neveramus. Qua quidem recordatione exardescit animus alasque commovens iamiam a corporis contagione sordibusque sese paulatim emaculat divinoque furore prorsus afficitur.

Atque iis duobus sensibus quos paulo ante commemoravi, gemine 85 furoris species excitantur. Etenim pulchritudinis specie quam oculi

62-64 Vulg. Rom. 1, 20 Ps. Dionys. *Div. nom.* 4, 4 (= PG III, 700 = *Dionysiaca* I, pp. 171 sq.) 72-75 Plat. *Phaedr.* 250d (ex. transl. L. Bruni; cf. e.g. Laur. LXXVI 43, c. 49v) 75-77 Plat. *Phaedr.* 250d; *Phaed.* 65b; *Tim.* 47a-d 85-88 cf. Plat. *Phaedr.* 249d-e

61 percipiuntur: *ex* percipientur Laur. 7*, percipientur Am. 1 Gl. Laur. 1 Laur. 2 Ricc. 1 Ricc. 3 Ricc. 4 Serl. 1, *ex* participantur *ut vid.* Pl.*, participantur Ricc. 2 62 ac: atque Ricc. 3 N2, *acque* Pl. Areopagita post Dionysius add. L2 64 divine-imagine *ex* harmoniam Laur. 7*, harmonie ω 69 certe int. lin. N1, in mg. V 73 nullo modo cerni Ricc. 1 76 vero om. L2 77 ceterorum post sensus add. ω *praeter* Laur. 7 79 corporis om. R reminiscamur *ex* reminiscantur L3, reminiscantur Serl. 1 84 atque *ex* at V, at N1 85 concitantur N1

porrigunt vere atque intelligibilis pulchritudinis quandam quasi recordationem recuperantes, eam ineffabili occultoque mentis ardore desideramus. Hunc denique Plato divinum amorem vocat, eum diffiniens profectum ex aspectu corporee similitudinis desiderium ad 90 contemplandam rursus divinam pulchritudinem redeundi. Preterea necesse est eum qui sic afficitur, non modo supernam illam pulchritudinem desiderare, verum etiam eius que oculis patet aspectu admidum delectari: sic enim natura institutum est, ut qui aliquid appetit, eius quoque similitudine delectetur.

95 At illud crassioris ingenii corruptiorisque nature proprium esse putat, si quis umbras duntaxat vere illius pulchritudinis concupiscat, nec aliud quicquam preter illam, que oculis offertur, speciem admiratur. Hunc enim eo amore cuius petulantia atque lascivia comes est affici vult, eum diffiniens irrationalem atque insolentem eius, que 100 sensu percipitur circa corporis formam, voluptatis cupidinem; et aliter hunc amorem diffinit ardorem animi proprio quodammodo in corpore mortui, in alieno viventis; unde amantis animum – inquit – in alieno corpore vitam ducere. Quod imitantes Epicurei amorem diffiniunt nixum quandam corpusculorum (quas atomos vocant) 105 sese ei, a quo simulacra pulchritudinis hausta sunt, penitus infundendi. Huiusmodi Plato noster amorem ab humanis morbis nasci dicit et cura solitudineque plenum esse, eumque iis hominibus convenire, quorum mens adeo tenebris offusa sit, ut nihil altum, nihil omnino egregium, nihil preter fragilem ac fluxam corpusculi huius imaginem

88-90 Plat. *Phaedr.* 251a-252b 99-100 Plat. *Phaedr.* 238b-c (ex transl. L. Bruni; cf. e.g. Laur. LXXVI 43, c. 43r) 101-102 cf. Guar. Veron. *Vita Plat.*, una cum *Vitis* Plutarchi, Romae [1470], s. chart. n.; cf. etiam Gell. 19, 11, 4; Macr. *Sat.* 2, 2, 17 102-103 cf. L. Bruni *Epist.* 6, 1 (= II, p. 39 Mehus); Cat. *Dict.* 23 Iordan apud Plut. *Ant.* 66; *Cat. ma.* 9; *Mor.* 759c

88 ita post vocitat add. ω L2 L3 L4 N1 V 89 similitudinis: pulchritudinis ω (praeter Laur. 7) L2 95 at: et N2 98 etenim ω eo ex eius L4, eius L3 99 ita post eum del. L4 N1 V, exh. ω L2 L3 101 sic post hunc del. L4 N1 V, exh. ω (intlin. Laur. 7) L3 107 esse plenum Ricc. 1 108 nihil omnino: atque Pl. (ac-) Ricc. 2 Ricc. 3 109 nihil in mg. Laur. 7*, om. ω

110 cogitet, nec auras respiciat clausa tenebris et carcere ceco. At quibus ingenium a corporis luto abstractum est atque absolutum eiusmodi sunt, ut, cum corporis cuiuspiam forma venustasque obicitur, eius primo aspectu utpote divine pulchritudinis similitudine delectentur; verum ex hac imagine statim in memoriam divinam illam reducant, 115 quam imprimis admirantur ac vere desiderent, cuiusve ardenterissimo desiderio ad supera rapiantur. Atque hunc primum evolandi conatum divinam Plato alienationem furoremque nuncupat.

Hec iam de eo furore quem per oculos fieri diximus satis esse videntur. Per aures vero concentus quosdam numerosque suavissimos animus haurit, hisque imaginibus admonetur atque excitatur ad divinam musicam acriori quodam mentis et intimo sensu considerandam.

Est autem apud Platonicos interpres divina musica duplex: alteram profecto in eterna Dei mente consistere arbitrantur, alteram 125 vero in celorum ordine ac motibus, qua mirabilem quandam celestes globi orbesque concentum efficiunt; utriusque vero animum nostrum antequam corporibus clauderetur participem extitisse. Verum his in tenebris auribus velut rimulis quibusdam ac nuntiis utitur, hisque imagines, ut sepe iam diximus, musice illius incomparabilis accipit, 130 quibus in eius qua antea fruebatur harmonie intimam quandam ac tacitam recordationem reducitur, totusque desiderio fervet cupitque, ut vera musica rursus fruatur, ad sedes proprias revolare. Cumque id se quandiu tenebroso corporis habitaculo circumseptus est adipisci nullo modo posse intelligat, eam, cuius hic possessione frui nequit, 135 nititur saltem pro viribus imitari.

110 cf. Verg. *Aen.* 6, 734 116–117 Plat. *Phaedr.* 265a; L. Bruni *Epist.* 6, 1 (= II, p. 37 Mehus) 123–126 cf. Plat. *Tim.* 47d; *Calc. Comm.* 297–299 (= pp. 272 sq. Waszink); Macr. *Somm.* 2, 3, 6–7; Apul. *Plat.* 1, 9; Fic. *Volupt.* 9 (= Op. p. 1001)

110 cogitet *ex* cogitent *Pl.*, cogitent *Ricc.* 2 114 illam divinam *L3* 115 cuiusve: cuiusque ω , cuiusque ve *N2* 121 et *om. \omega*, *int. lin. Laur.* 7* 123 veritatis *post* Platonicos *del. Laur.* 7*, *exh. \omega* alteram: unam ω 129 incomparabilis *ex* ineffabilis *L4** *N1**, ineffabilis ω *L3 V* accipit: haurit ω 132 rursus *om. L3* 134 posse *om. Ricc.* 1 *L3*

Est autem hec apud homines imitatio duplex: alii nanque vocum numeris variorumque sonis instrumentorum celestem musicam imitantur, quos certe leves ac pene vulgares musicos appellamus; non nulli vero graviori quodam firmiorique iudicio divinam ac celestem 140 harmoniam imitantes intime rationis sensum notionesque in versuum pedes ac numeros digerunt. Hi vero sunt qui divino afflati spiritu gravissima quedam ac preclarissima carmina ore, ut aiunt, rotundo prorsus effundunt.

Hanc Plato graviorem musicam poesimque nominat efficacissimam 145 harmonie celestis imitaticem. Nam levior illa de qua paulo ante mentionem fecimus, vocum duntaxat suavitate permulcat; poesis autem, quod divine quoque harmonie proprium est, vocum ac motuum numeris gravissimos quosdam et, ut poeta diceret, Delphicos sensus ardenter exprimit. Quo fit ut non solum auribus blandiatur, verum 150 etiam suavissimum et ambrosie celestis similimum menti pabulum afferat, ideoque ad divinitatem proprius accedere videatur. Oriri vero poeticum hunc furorem a Musis existimat; qui autem absque Musarum instinctu poeticas ad fores accedit, sperans quasi arte quadam poetam se bonum evasurum, inanem illum quidem atque eius poesim 155 esse censem, eosque poetas qui celesti inspiratione ac vi rapiuntur adeo divinos se penumero Musis afflatos sensus expromere, ut ipsimet postmodum extra furorem positi que protulerint minus intelligent. Atque, ut arbitror, Musas divinus ille vir celestes cantus intelligi vult, ideoque canoras et Camenas a cantu appellatas esse dicunt. Unde

142 cf. Hor. *Ars* 323 144-145 Plat. *Tim.* 47d 151-155 Plat. *Phaedr.* 245a (ex transl. L. Bruni; cf. e.g. Laur. LXXVI 43, c. 45r) 155-157 Plat. *Apol.* 22b-c 157-159 cf. Macr. *Somm.* 2, 3, 4

136 hec om. Laur. 2 137 variorumque: aliorumque *Pl. Ricc.* 2 *Ricc.* 3 139 quodammodo ω *L2 L3 L4 N1 V* ac: atque *Serl.* 1 140 notionesque: rationesque *Am.* 1 *Laur.* 1 *Laur.* 2, motionesque *Serl.* 1 141 afflati spiritu: afflatu perciti (presciti *Gl.*, percipi *Serl.* 1) ω 142 preclarissima: plenissima ω *praeter Laur.* 7 148 excitat post sensus add. *Ricc.* 2 150 celesti *Pl. Ricc.* 1 *Ricc.* 2 *Ricc.* 3 *Ricc.* 4 *Serl.* 1 152 hunc ex istum ut vid. al. m. *L4*, istum *Laur.* 7 *L2 L3 N1 V* aestimat *Ricc.* 3 156 sepenumero ex sepe *V*, sepe *N1* afflatos ex perflatos *Laur.* 7*, perflatos ω 157 atqui *Pl. Ricc.* 2 *Ricc.* 3 *Serl.* 1 159 canoras et in mg. *L3* canoras-appellatas: Camenas a cantu Musas vero a musico genere vocatas ω

160 Musis, id est celestibus numinibus atque cantibus, divini homines conciti, ad eorum imitationem poeticos modos ac numeros meditantur. Itaque in *Republica* Plato, cum de sperarum celestium volubilitate tractaret, singulas, ait, Sirenas singulis orbibus insidere, significans sperarum motu, ut Platonicus quidam inquit, cantum numinibus exhiberi: nam Siren deo canens Grece recte exprimitur. Theologi quoque veteres novem Musas octo sperarum musicos cantus et unam maximam, que ex omnibus conficitur, harmoniam esse voluerunt. Hac igitur ratione poesis a divino furore, furor a Musis, Muse vero a Iove proficiscuntur. Nam mundi totius animum se penumero Iovem Platonici nuncupant, qui

[...] celum ac terras camposque liquentes
lucentemque globum lune Titaniaque astra
[...] intus alit totamque infusus per artus
[...] agitat molem et magno se corpore miscet.

175 Ex quo efficitur ut a Iove totius mundi spiritu ac mente, quoniam celestes movet speras atque regit, earundem quoque cantus musici, quas Musas nuncupant, oriantur. Quapropter Platonicus ille clarissimus:

Ab Iove principium Muse, Iovis omnia plena,

180 quoniam et ubique ille animus, qui Iupiter dicitur, viget atque implet omnia et celum quasi citharam quandam, ut Alexander Mile-

162-167 cf. Macr. *Sonn.* 2, 3, 1-2; Calc. *Comm.* 166-167 (= p. 148 Waszink) 169-192 cf. Dav. de Dinanto apud Alb. Magn. II *Pars Summ. Theol.* 1, 4, 3 (= *Opera*, XVIII, pp. 62b-63a Iammy); *De homine* 1, 5, 2 (= *Opera*, XIX pars II, p. 39b Iammy) 169-170 cf. Macr. *Sonn.* 1, 17, 14 171-174 Verg. *Aen.* 6, 724-727 (cf. Macr. *Sonn.* 1, 14, 14, 17, 5) 179 Verg. *Ecl.* 3, 60 (cf. Macr. *Sonn.* 1, 17, 14) 181-182 cf. Calc. *Comm.* 140 (= pp. 119 sq. Waszink)

164 motu *ut vid. ex* motum *Am.* 1, motum *Laur.* 1 *Laur.* 2 *Ricc.* 1 165 recte *om.* *Pl.* *Ricc.* 2 *Ricc.* 3 166 musicos *om.* *L3* 169 *ab ex a ut vid.* *Ricc.* 4*, *ab Laur.* 2 *Serl.* 1 173 spiritus *ante intus del.* *Laur.* 7*, *exh.* *Am.* 1 (*in mg.*) *Laur.* 1 infusus *ex infusa* *Laur.* 7*, *infusa* *Am.* 1 (*ut vid. ex infusas*) *Laur.* 1 174 mens *ante agitat del.* *Laur.* 7*, *exh.* *Am.* 1 (*int. lin.*) *Laur.* 1 175 a: *ab Laur.* 2 *Ricc.* 1 *Ricc.* 4 178 ait *post clarissimus add.* *Ricc.* 3 179 a *Ricc.* 2 *Ricc.* 3 *G1 L2 L3*

sius Pythagoricus inquit, exagitans, celestem efficit harmoniam. Itaque Orpheus vates ille divinus: « Iupiter » – inquit – « primus est, Iupiter novissimus, Iupiter caput, Iupiter medium, universa autem e Iove
 185 nata sunt, Iupiter fundamentum terre ac celi stelliferi, Iupiter prodiit masculus, Iupiter incorruptibilis sponsa, Iupiter spiritus speciesque omnium, Iupiter radix ponti, Iupiter indefessi ignis motus, Iupiter sol et luna, Iupiter rex et princeps omnium, abscondens lucem, rursus emisit ex almo corde operans cogitata ». Ex quibus intelligitur Iovem
 190 omnibus infusum corporibus, continere atque alere cuncta, ut non immerito dictum sit:

Iupiter est quocunque vides, quocunque moveris.

Secuntur post hec relique furoris divini species, quas ille bifariam dividit, earumque alteram circa mysteria, alteram circa futurorum
 195 eventus, quod vaticinium vocat, versari putat. Primum quidem furorem diffinit vehementiorem animi concitationem in iis que ad deorum cultum, religionem, expiationem sacrasque ceremonias pertinent perficiendis. Affectum vero mentis, qui eiusmodi furem falso imitatur, superstitionem nominat; postremam vero furoris naturam,
 200 in qua vaticinium ponit, nihil aliud esse putat nisi divino afflatu inspiratam presensionem, eamque propriori vocabulo divinationem ac vaticinium nominamus. Quod si animus in ea ipsa divinatione acrius exarserit, furem nuncupat, cum mens a corpore abstracta divino instinctu concitatur. Siquis autem humana potius solertia et

183-189 Orph. frg. 21a Kern apud Arist. *Mund.* 401a, 28-b, 7 (ex transl. Nicolai Siculi, p. 48 Lorimer-Minio Paluello) 192 Luc. 9, 580 195-206 Plat. *Phaedr.* 244d-e (ex transl. L. Bruni; cf. e.g. Laur. LXXVI 43, cc. 44v-45r); cf. etiam L. Bruni *Epist.* 6, 1 (= II, pp. 37 sq. Mehus)

183 primus *ex* primogenitus *L4** *N1** *V*, primogenitus *ω* *L3* 184 *c om. ν* 185 fundatum *ex* fundum *L4** *N1**, fundum *ω* *L3* *V* 186 spiritus speciesque *ν* (speciesque *del. vd*), species *ω*, spiritus *cett.* 192 quocunque moveris *ex* quocunque movetur *Ricc.* 4*, quocunque movetur *Pl. Ricc.* 2 *Ricc.* 3 193 divini furoris *L3* 194 alteram (*pr.*): unam *ω* 196 ita *post* furem *del.* *L4** *N1** *V*, *exh.* *ω* *L3* 199 nominat *Ricc.* 3 *ν*, *ex* nominant *Am.* 1, nominant *cett.*

205 sagacitate quam divina infusione futura previderit, huiusmodi pre-sensionem, providentiam coniectionemque appellandam censem.

Ex iis omnibus iam perspicuum est quatuor divini furoris species esse: amorem, poesim, mysteria, vaticinium. Amorem divinum amor ille alter vulgaris penitusque insanus falso imitatur, poesim levior 210 (ut diximus) musica, mysteria supersticio, divinationem coniectio. Primum quidem furorem Veneri, alterum Musis, tertium Dionysio, postremum Apollini apud Platonem Socrates tribuit.

Ceterum in eo furore qui ad amorem divinum poesimque pertinet describendo, duabus de causis longior esse malui, quod videlicet utro-
215 que te affici vehementer agnovi, et ut memineris que a te scribuntur ab Iove Musisque, quarum spiritu ac divinitate compleris, non abs te proficisci. Quapropter, o mi Peregrine, iuste pieque feceris, si, ut hactenus te egisse arbitror, maximarum optimarumque rerum nec te nec alium omnino quenquam hominum, sed immortalem
220 potius Deum auctorem ac principium esse cognoveris.

Vale ac tibi persuade nihil mihi te carius esse.

Fighini, Kalendis Decembribus 1457.

211-212 Plat. *Phaedr.* 265b (ex transl. L. Bruni; cf. e.g. Laur. LXXVI 43, c. 50r); cf. etiam L. Bruni *Epist.* 6, 1 (= II, p. 37 Mehus)

208 scilicet *post esse add.* N1 216 ab: a Laur. 2 Ricc. 2 G1 216 spiritu ac om.
Ricc. 3 217 o om. Laur. 2 Pl. Ricc. 1 Ricc. 2 Ricc. 3 Ricc. 4 Serl. 1 218 egisse
(leg- Ricc. 2) te o praeter Laur. 7 220 recognoveris o L2 L3 L4 N1 N2 V 222
Feghini Laur. 1 Fighini-1457 om. Ricc. 3 Kalendis-1457: Marsili Ficini opu-
sculum de divino furore explicit Gl., Marsili Fecini iuvenis quidem sed cana scientia
prestantissimi opusculum de divino furore Pl. Decembbris L1, D. Laur. 7 L2 L3 L4
N1 N2 R V W v, Decembr' B 1457: MCCCCCLVII ex MCCCCCLXVII L3,
MCCCCCLXVII L4 N1 N2 V, om. B Marsili Fecini opusculum de divino furore
post 1457 add. Ricc. 2, Marsili Ficini opusculum de divino furore explicit Laur. 1
Laur. 2, Marsili Ficini opusculum de divino furore Ricc. 1